



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio IV. De interdicto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

ri. in his & alijs etiam aduentendum plerumque requiri præsumptionem scientiam, vnde facile patet varios eas non incurtere, licet de cætero peccant.

Denique videndum, an & quatenus canones ille impontentes sint in visu etiam quoad penas, sicut enim vel non sint recepti, vel saltem quoad penam abrogati, contrauenientes censuram non incurant.

QVÆSTIO IV.

De interdicto.

DVBIUM I.

Quid sit interdictum, & quæ eius causa?

 Missis alijs acceptionibus interdicti ad præsens institutum non necessarijs Resp. interdictum esse censuram Ecclesiasticam, per quam prohibentur tam actiud, quam passiuè aliqua Sacra mentia, diuina officia, & sepultura Ecclesiastica, per censuram excluduntur ab interdicto quæcumque excluduntur à ratione censuræ per aliam partem, quæ suspicuntur, excludit suspensio quæ propriè, & per se non impedit receptionem Sacramentorum, auditionem diuinorum, Ecclesiasticam sepulturam, sed vium, & exercitium potestatis Ecclesiasticæ, iuxta dicta superiori quæstione. addit suspencionem solùm ferri posse in personas Ecclesiasticas, interdictum vero etiam in sacerdotes, imò & in loca, vt infra dicemus. differt etiam ab excommunicatione quod ea non feratur in loca, vel etiam communates, & quamus excommunicatione habeat omnes effectus interdicti, eos tamen sub alia ratione sortitur, vt patet ex dub. 3. q. 1. quia interdictum priuat quibuldam bonis secundum se spectatis, ibi siendo: excommunicatione vero priuat ijsdem, vt sunt bona quedam communia, quibus fideles inter se communicant; ijsdem priuat suspensio, vt sunt vñus potestatis Ecclesiasticæ, quæ ratione interdictum etiam differt à suspensiōne.

Causa efficiens interdicti est omnis habens interfictionem ordinariam vel delegatum in foro contentiouso, non impeditam, de quo q. 1. dub. 4.

Causa materialis, seu ij, qui possunt interdicere, sunt omnes superiorem in spiritualibus agnoscentes, nec solùm singulares persona possunt interdicere, sed etiam communates, & loca, v.g. ciuitas, provincia, Ecclesia, vt in sequentibus. Episcopi ramen, & superiores non interdicuntur, nisi in iure vel sententiæ eorum fiat mentio, vt statuit cap. quæ periculofum de sententiæ excommunicationis in 6.

Causa, propter quam ferri potest interdictum, communis debet esse peccatum mortale, & quidem graue, quia communis interdictum est gratia poena, & proinde causa non potest esse leuis. dico, communis, quia leue aliquod interdictum, v.g. ab ingressu Ecclesiæ per mensam &c. videtur posse ferri pro culpa veniali. imò Henriquez lib. 13. cap. 50. nu. 2. & A uila 5. parte disp. 3. dub. 2. conclus. 2. existimant interdictum personale speciale si amplius interdictum posse ferri pro veniali, quod tamen non videtur ita probabile, cum tale interdictum

respectu personæ, sit gratis poena: & ita tenet Suarez disp. 36. secl. 3. nu. 3:

Aduerte 1. quod licet ad hoc, ut quis astringatur interdicto, non requiratur, vt ipsem peccaverit, speciale tamen interdictum non possit ferri nisi propter peccatum eius, qui interdictum est, vel alicuius valde coniuncti, v.g. propter peccatum mariti respectu interdicti uxoris, in alijs non sufficit culpa alicuius priuati, sed requiratur culpa Domini, vel Rectoris Ecclesiæ, vel communis, quia priuati non censentur ita priuatis coniungi, vt grauatis alijs is, qui peccavit, censeatur puniri, nec potest ita grauata communis pro culpâ alicuius priuati, non tamen requiritur ut peccarint singuli, qui grauantur interdicto, videri potest cap. p. sententia, de sententiæ excommunicationis, in 6.

Aduerte 2. interdictum locale non posse ferri pro debito pecuniariorum absque speciali, & expressa Pontificis licentiâ per litteras patentes apparente, & si quid secundus tentetur, esse irritum, vt patet extrahendit, inter communis, de sententiæ excommunicationis, quod non solùm intelligitur de interdicto locali generali, sed etiam potest intelligi de locali particulari, quia textus id omnino paritur. imò Sotus dist. 22. q. 3. art. 1. post. 3. concl. Auila disp. cit. dub. 3. concl. 3. extendit ad interdictum personale generale propter paritatem rationis, quod scilicet inde multa animarum damnatione sequuntur, sed id videtur minus probabile, quia extravagans solùm agit de interdicto locali, & de cætero ex rei naturâ interdictum personale ponit potest propter debitum pecuniariorum, indicat Sa verbo interdictum nū.

8. & tenet Suarez disp. cit. nu. 9.

De formâ, quâ ferri potest interdictum egimus quæst. 1. dub. 11. dub. 12. diximus, num monitio necessarij sit premitenda. videri possunt, quia ibi dicta sunt necessaria, vt iudex licet procedat, quia vero interdictum potest esse locale, & personale, item generale, & speciale, absolutum, & ex parte &c. diligenter consideranda forma, vt sciatur quale interdictum feratur, & an ius contineat interdictum latè sententiæ, an solùm vt feratur à iudice.

DVBIUM II.

De variâ interdicti diuisione.

INTERDICTVM varijs modis diuidi posse constat ex authoribus. 1. diuiditur in locale, personale, mixtum. Locale est, quo interdictum locus, & prohibentur in eo quædam Ecclesiastica exerceri, vt in sequentibus explicabitur, non vero prohibentur personæ, nisi ratione loci, exceptis ijs, qui deruntur causam interdicto, vnde alij possunt alibi exercere diuina.

Personale immediatè afficit personas, & si sit absolutum, personæ interdicta non possunt ullo loco exercere ea quæ per interdictum prohibentur.

Mixtum comprehendit personale, & locale, vt si per eandem sententiæ interdicantur, & locus alius, & persona illius loci independenter ab illo.

Addunt aliqui ambulatorium, per quod interdictum omnis locus, ad quem se persona interdicta contulerit, vt si Petrus ita interdicatur vt etiam interdicatur omnis locus, ad quem se contulerit; sed, vt patet, hoc quartum genus est suo modo mixtum, & proinde non est necesse distinguere à mixto.

Interdictum tam locale, quædam personale diuiditur in

4.

Cap. Si sententia.

Extrahendit, pronidit.

Sot. Auila.

Sa.

Saar.

Diuisione prima.

Locales quid.

Quid.

Mixtum quid.

ambulatorium non distinguatur à mixto.

Cap. Cum
in partibus

Cap. pre-
sentis.

7.

Dubium.
Aulis.

Nauarr.
Henrig.

Refp. di-
stinctio-

8.

Cap. si ciui-
tatis.

Coroll.

Trident.

Interdictum
personale
particulare
quid.

10.

Generale
personale
quid.

tur in generale, & particolare. interdicti localis generalis, & particularis sit mentio in cap. cum in partibus de verborum significatione generale dicitur, cum interdicatur locus plura loca complectens. ut cum interdicatur regnum, prouincia, ciuitas, villa, castrum; videri potest capitulum cit. & cap. presentis de sententiâ excommunicationis in 6.

Particulare est cum interdicatur locus particularis, ut particularis Ecclesia, vel cum interdicuntur plures particulars Ecclesias: tunc enim virtute est multiplex interdictum, cum non interdicatur villus locus communis.

Dubitatur vero ad quod horum membrorum pertineat interdictum parceria? Aula parte 5. disp. i. dub. i. §. hinc sequitur primus, censet pertinere ad speciale. Nauarr. vero cap. 27. nu. 166. censet pertinere ad generale, quod sequitur Henriquez lib. 13. cap. 41. num. 3. sed videtur distinguendum, si enim per parceriam intelligatur parochialis Ecclesia, prior sententia videtur verior: si vero intelligatur totus districtus parochialis, in quo sunt vel esse possunt plura templo, facella, vel oratoria non parochialia, posterior sententia videtur verior. videtur autem reddi posterior sensus, quando dicuntur interdicto parocream sancti Petri, sancti Iacobi, prior vero redditur cum dicitur interdicto Ecclesiam parceralem sancti Petri.

Circa hac notandum quod licet Episcopus non possit per se loquendo, & seorsim interdicere locum sibi non subditum, v. g. alterius diœcesis, vel exemptum, quia in illis non habet jurisdictionem: possit tamen per accidentem, seu verius interdictum ab eo latum quibusdam casibus astringat loca extra eius diœcensem sita, vel exempta, ex iuris dispositione: nam interdicta ciuitate interdicuntur suburbia & continentia aedificia etiam alterius diœcesis, & dominij, ut patet ex cap. si ciuitatis, de sententiâ excommunicationis, in 6. vdi dicitur fieri interpretationem latiorem contra quam quod in odio fieri solet, ne sententia vilipendatur. ex quo cap. videtur sumi, quod si aliqua ciuitas diversis Episcopis subiicit secundum diueras suas partes, interdictio non parte saltem ea quæ est prima, interdicatur etiam alia, ita ut etiam in ea interdictum sit seruandum, hinc etiam interdicto loco qui varia continet, interdicuntur monasteria exempta intra eius distictum sita, seu interdictum in ijs est seruandum, ut sumitur ex Trid. sess. 25. cap. 12. de Regularibus, & tenet varijs authores. capitulo si ciuitas cit. etiam statuitur interdicta Ecclesiæ interdicti capellam, vel cæmeterium contigua, qua videlicet sint pars, vel accessorium. si non sunt contigua, non interdicuntur, ut cap. cit. additio non interdicti, si non censeantur pars, vel accessorium Ecclesiæ interdicta.

Interdictum personale particulare est, cum persona particularis interdicatur, vel plures, ut sunt plures, non vero per modum vnius, & ut efficiunt vnam communitatem. ut si interdicantur omnes, qui occiderunt Episcopum &c. est interdictum particulare, per quod singuli interdicuntur independentes ab alijs, & quamvis definant esse de tali communitate, interdicto particulari interdicuntur ijs, qui dederunt causam interdicto generali. hoc interdictum personale particulare ubique afficit personas interdictas immediate ratione sui, & non tantum ratione loci, vel communitatis, cuius sunt pars, ita ut respectu illarum interdictum vim suam ubique obtineat: Generale personale est, cum interdicatur aliqua communitas, v. g. popu-

lus vnius prouincia, ciuitatis, item vniuersitas, collegium. ut autem censetur ferri tale interdictum, opus est ut nomine collectivo, & quod designet multitudinem per modum vnius corporis politici. Per huiusmodi interdictum interdicuntur singuli communitatis in quantum sunt illius pars, & quod autem remanent pars communitatis interdicta, non autem alii.

Vnde sequitur 1. interdicto populo alicuius ciuitatis interdicti singulos, qui censentur ad illum pertinere, etiam suburbanos, qui eundem populum conflant, atque adeo eos debere seruare interdictum, vbiicumque fuerint, etiam extra ciuitatem, quamdiu scilicet remanent pars talis populi, v. g. si interdicatur populus Insulensis, quisquis est de illo populo tenetur seruare interdictum non solum Insulam, sed etiam alibi recreationis, vel negotiorum causa existens, si videlicet possit ferri sine nota, & scandalo. quod etiam verum est, quoniam esset innocens, nec dedit causam interdictio, quia, ut dictum est, interdictum generale potest ligare etiam innocentem propter peccata Rectoris, vel ipsius ciuitatis. vnde non videtur verum, quod talis in solo exteriori foro tenetur seruare interdictum, quod indicat Henriquez lib. 13. cap. 42. nu. 2. alios citans litera I. quod si quis definat ad talem populum pertinere, & non dederit causam interdicto, definit interdicti, ut si alio migraret, ibi fixurus domicilium, vel si duplex habeat domicilium, dum ad aliud se transfert, potest ibi non seruare interdictum, quia eo casu censetur pars alterius populi. è contraria vero, si quis etiam post interdictum latet fiat pars talis populi, censetur illud seruare, quod censet etiam Henriquez num. 2. citato varijs referens, licet nu. 3. parum consequenter loquens censet non interdicti eum qui de novo venit in familiam interdictam, parum etiam consequenter ad ea, qua dixerat nu. 2. cit. censet predicto num. 3. capellum recentem à tali familiâ remanere interdictum.

Sequitur 2. eos, qui non sunt pars populi Insulensis, posse ibidem audire diuinam sepeliri, v. g. peregrinos, mercatores qui eo negotiorum causa venerunt, adde studiosos in vniuersitate. vnde interdicto populo loci, in quo est vniuersitas studiosi possunt ibidem audire diuinam sepeliri &c. quia non censetur de populo loci, in quo versantur, sed aliud corpus conficeri. vnde sacerdotes studiosi possunt in dicto loco celebrare, imo & interdicto populo alicuius ciuitatis clerus non censetur interdictus, neque è contraria interdicto clero interdictus, ut expresse decernitur cap. si sententiâ interdicti, de sententiâ excommunicationis in 6. & ratio est quod satis constet appellatione clerii non venire ciues, & populum ciuitatis, & ad summum venite certam populi partem, quoad clericum siue in rigore comprehendatur sub nomine populi, in quo versatur, siue non, fuit congruum hac in odio, non comprehendi, praesertim cum vnu communi nomine populi censeantur solùm comprehendendi homines laici, & qui vulgo dicuntur ciues. vnde interdicto populo clerus potest in Ecclesijs obire sua munia sicut prius, & interdicto clero populus potest audire diuinam &c. in Ecclesijs v. g. aliquo externo ibidem celebrante.

Dubitatur vero, num interdicto clero censetur interdicti religiosi, affirmant multi apud Sainum lib. 5. thesauri cap. 4. nu. 29. multi apud eundem negant, quibus in re ipsa consentit, quod etiam tenet Aula disp. 1. cit. dub. 4. conclus. 7. quæ sententia

Resolutio
Auctoris.Religiosi
in odiosis
non veniunt
nomine
dici.

12.

Personale
potest esse
mixtum.

13.

Petitio.

Adp. neg.

14.

Petitio 2.

Adp. neg.

Nauar.

Aula.

tentia est valde probabilis, quod scilicet quando interdicatur cleris, neque ex antecedentibus vel consequentibus constare potest de contraria mente iudicis, vel legislatoris, non comprehendantur personæ religioæ. quia, ut tradunt varij, tales in odiosis non comprehenduntur nomine cleri, etiam si primam tonsuram habeat, nisi ex adiunctis aliud colligatur, atque ita si in sententiâ dicatur: interdicimus clerum talis ciuitatis, non comprehenduntur religiosi, quod intelligo nisi religiosus beneficium habeat facultare, v. g. pastoratum, canonicatum, ita ut censetur à suis segregatus, quia talis sub nomine cleri comprehendetur, quod si censura feratur sub nomine personarum Ecclesiasticarum, comprehenduntur religiosi etiam conuersi, & moniales, quia etiam hi diuino seruicio se manciparunt, & vocantur persona Ecclesiastica, immo comprehenduntur eremiti, verius etiam est comprehendendi nouitios, quia etiam hi censentur persona Ecclesiastica quamdiu versantur in probatione. si interdicuntur religiosi, verius est eos non comprehendendi, quia in odiosis non veniunt nomine religiosi.

Adverte interdictum personale posse esse mixtum, id est partim generale, partim particolare, vt si interdicatur populus Infulensis & singuli de populo, de hoc interdicto iudicandum aliquo modo, sicut de generali personali, aliquo modo sicut de particuliari, nam illud non comprehendit externos in eis populo versantes, ita vero comprehendit eos, qui sunt de populo, vt illos etiam afficiat, postquam deserunt eis de tali populo.

Petitur 1. an interdictum generale locale, vel personale comprehendat quoad diuina perpetuâ amentes?

Resp. negatiæ, quia censent plurimi Doctores, quia non sunt capaces præceptorum moralium, neque eorum presentis quoad diuina officia censetur moralis. eadem est ratio infantium, antequam ad usum rationis perueniant. unde qui non astringi interdicto, potest eos secum ad diuina officia ducere. cum primum tamen peruenient ad usum rationis comprehenduntur, quia incipient astringi præcepto Ecclesiæ, & esse pars moralis communis interdictæ.

Dico, diuina officia, quia quoad sepulturam debet etiam respectu illorum seruari interdictum locale sicut respectu aliorum non habentium priuilegium, cum interdictum locale afficiat locum, & prohibeat in eo fieri Ecclesiasticam sepulturam, quæ prohibito etiam locum habet respectu infantis.

Dixi, locale, quia cum infans non comprehenduntur generali personali, etiam eo posito infans vel amens potest in loco sacro sepeliri.

Petitur 2. an posito interdicto personali generali censetur positum locale? affirmat Couar. in cap. alma mater, parte 2. §. 1. num. 7. alij probabilitus negant. Sotus dist. 22. q. 3. art. 1. poft 1. conclus. Nauarr. cap. 27. num. 167. Aula disp. 1. cit. dub. 2. quia cap. 7. sententia, citato interdicto personalia, & localia ponuntur tanquam distincta, neque illa ratio ostendit interdictum generale locale includere personale, vel contra.

D V B I V M III.

De effectibus interdicti.

T R E S sunt interdicti effectus.

Primus est quod per illud prohibetur administratio Sacramentorum, vt patet ex cap. responso, cit. vbi agitur de baptismô parvulorum, & cap. quoniam in baptismo, eodem titulo, in 6. vbi agitur de baptismô adulorum, potest autem conferri etiam extra necessitatem, quia cap. quoniam in baptismo, citato non restringit ad necessitatem, sed concessio est illimitata, potest etiam conferri cum omni solemnitate quâ conferri solet 1. quia quando aliquid conceditur, censetur concedi iuxta modum quo vel ex diuino vel Ecclesiastico præcepto solet vsparsi, nisi ex ipso concessionis modo aliud habeatur.

Confit. extra casus necessitatis baptismus non potest licet conferri sine solemnitate. 2. cap. quoniam, citato, tempore interdicti conceditur, vt renouetur chrisma in die cena etiam in terra interdicta, ed quod in baptismô (scilicet etiam tempore interdicti, vt exigit discursus Pontificis) vtatur christmate: non autem illo utimur, nisi in baptismô solemniter conferendo.

Difficultas vero est, de quo interdicto intelligatur.

Resp. 1. certum est id licet tempore interdicti localis generalis, quia de illo expressè agitur cap. responso, citato, & ratio canonis in eo maximè locum habet, scilicet propter moræ periculum.

Resp. 2. probabile est id etiam habere locum in interdicto locali particulari, ita censet Nauar. cap. 27. num. 178. & plures quos citat, & sequitur Suarez disp. 33. sect. 1. num. 3. quia cap. quoniam, cit. absolute conceditur, vt tempore interdicti ministretur baptismus, & quia in necessitate id licet, cum tamen illa exceptio nullo iure sit expressa, ergo etiam extra illam; ex quo inferit, per se loquendo, & seposito scandalo, baptismum posse conferri in Ecclesiâ specialiter interdicta, licet aliae essent non interdictæ, quæ sunt probabilia, quia tempore interdicti non inducitur obligatio baptismum alibi conferendi, si locus non sit prohibitus.

Resp. 3. probabile etiam est generaliter interdictum posse hoc Sacramentum conferre etiam extra necessitatem, vt idem Suarez suprà n. 5.

Dixi, probabile, quia speculativè loquendo non videtur minus probabile quod interdictus etiam generaliter non possit extra necessitatem hoc Sacramentum ministrare in defectum alterius, quia satis constat interdictum etiam generaliter, per se loquendo, non posse ministrare Sacra menta: ex nullo autem textu habemus, quod sit illi permisum ministrare baptismum, nam cap. responso, agitur de interdicto locali, cap. autem, quoniam, videtur referri ad cap. responso, & iuxta illud intelligendum, quidquid sit eadē re, certius est specialiter interdictum non posse per se, & extra casum necessitatis baptismum ministrare.

Potest etiam tempore interdicti conferri Sacramentum Confirmationis, vt patet ex cap. responso, & cap. quoniam, citatis, idque solemniter propter rationes paulò ante assignatas, & quidem certum est posse dari in loco generaliter interdicto, & iuxta supradicta etiam in loco interdicto specialiter, adeo iuxta principia Suarez posse conferri ab interdicto generaliter, potest vero conferri interdicto.

15.

Primus ef-
fectus.
Cap. res-
ponso.

Cap. Quo-
niam in ba-
ptismo.

16.
Difficultas.

Resp.

Nauar.
Suar.

17.

dicto etiam specialiter, nam capitulo, quoniam, cit. non restringitur concessio ad non interdictos vel ad interdictos solum generaliter.

Confirm. concessio quoad pœnitentia sacramentum respectu morientium facta cap. respons, intelligitur etiam respectu specialiter interdictorum, ita ut etiam iure antiquo licet his ministrare Sacramentum pœnitentia, ergo similiter concessio confirmationis absolute facta capitulo quoniam intelligenda est respectu specialiter interdictorum.

Tertio potest administrari Sacramentum pœnitentia, & quidem olim solum licebat illud administrare morientibus, ut indicatur cap. quoniam, cit. & patet cap. quod in te, de pœnitentijs, & remissiobus: postea tamen Bonifacius octauus cap. alma mater, de sententiâ excommunicationis, in 6. ad euitanda varia incommoda quæ ibi enumerat, concessit, vt possit etiam sanis administrari. & quidem, ut patet ex textu, videtur posse administrari in Ecclesiâ interdictâ, etiam si interdictum locale sit speciale, & etiam interdictis generaliter, quod potest colligi ex illis verbis: Vbi ciuitas vel alius locus seu universitas interdicti existunt, & tenet Nauar. cap. 27. nu. 178.

Aduerte priuilegium non concedi excommunicatis, qui solum possunt absolvi in articulo mortis, ut patet ex textu. quod videtur intelligendum si censura sit reseruata, & deficientibus ijs qui saltem à reseruatis possunt absoluere. ijs verò qui dederunt causam interdicto, vel consilium, vel auxilium, vel fauorem præbuerunt ad perpetrandum delictum, cuius causa interdictum est latum, solum concedi cum limitatione, nam illis non potest impendi absolute, nisi re ipsa satisfecerint, si possint, vel saltem cautionem dederint si re ipsa satisfacere non possint, vel saltem iurauerint se satisfacturos, si aliud non possint, vel fideliter laborent, ut qui tenentur satisfacere, satisfaciant, hoc Sacramentum iuxta probabilem sententiam pauli ante relationem potest administrari ab interdicto generaliter.

Quarto moritris licet dare communionem, ut patet cap. quod in te, cit. vbi dicitur: In illo verbo per quod pœnitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligi volamus, ut nec ipsi sum decadentibus negetur. id ipsum etiam decernitur cap. permittimus, de sententiâ excommunicationis.

Porro ex cap. quod in te, videtur patere communionem solum posse præberi per modum viatici, atque adeò interdictum etiam generaliter non posse sepius in morbo communicare ex deuotione, posse tamen in morbo paulo diuturniori sepius sumere Christi corpus per modum viatici iuxta ea quæ diximus de communione per modum viatici, potest etiam præter in loco specialiter interdicto, ut in Ecclesiâ specialiter interdictâ, si constitutus in mortis periculo se posse ed conferre, v.g. mulier proxima partui periculo &c. quia concessio est absolute. potest etiam conferri ab interdicto generaliter iuxta supradicta. 3. potest deferri ad ægrum publicè, & cum solito apparatu, cum accesso cereo, pulsu campanula, comitatu ordinario, in quo Doctores conueniunt, & sumi potest à simili ex dictis de baptismo, ed quod Ecclesia id abolutè permittens censeatur permettere iuxta modum viupari solitum, vnde etiam tunc potest dari benedictio.

Petitur an specialiter interdicti possint communionem sumere per modum viatici? aliqui existi-

mant solum posse cum limitatione pauldante posse pro Sacramento pœnitentia, sed videntur posse absque huiusmodi limitatione. quia ea nulli possunt pro communione morientium, sicut nec pro Sacramento pœnitentia eis ministrando.

Confir. restrictio cap. alma mater, non est intelligenda respectu eius, quod iure antiquo conceatum fuit, sed solum respectu eius, quod eo cap. novo iure coedetur. vnde cum communio per modum viatici absolute concedatur capitulus cit. non est quod sine expresso iure derogante illam restringamus.

Notandum quod cum cap. alma mater, cit. populus quibusdam festiuitatibus admittatur ad diuinam in interdicto locali, vel generali personali, & ut ibidem insinuatur, foliis interdictis, scilicet specialiter non licet appropinquare altari, alii videntur ijs diebus posse communicare quamvis sint fani, cum appropinquare alij pri communi vnu videoñ desigilate communione. Suarez disp. 33. sec. 1. num. 35. & sequentibus: inde probabilitate colligit clericos, quibus permittitur diuina officia celebrare, posse communicare, similiter sa verbo interdictum num. 17. quamvis communis negent de communione sanctorum in utroque casu. Sotus diff. 22. q. 3. art. 1. post 4. conclusionem, Nauar. cap. 27. nu. 178. Henriquez lib. 13. cap. 45. nu. 2.

Quinto varij censem licere etiam interdictis contrahere matrimonium, Sa supra, Henriquez cap. cit. nu. 3. Sanchez lib. 7. de matrimonio disp. 8. nu. 2. qui plures citat, quos etiam citat Suarez sectione 1. cit. nu. 50. sed verius est non licere, quia constat ex cap. respons, citato, saltem in loco interdicto non licere ministrare Sacramenta exceptis ijs, quæ ius excipit, item ex cap. si sententia, de sententiâ excommunicationis in 6. pater interdictos etiam generaliter, nulli posse recipere Sacra menta, exceptis casibus à iure expressis, idque planè supponit Bonifacius octauus cap. alma mater, cit. atqui nullum est ius, quo permittatur matrimonium tempore interdicti generalis personalis, vel in loco interdicto.

Dices: administratio matrimonij non est actus ordinis.

Resp. 1. id non referre, quia continetur sub ratione generali Sacramenti, & proinde prohibita administratione Sacramenti illud center prohiberi ei, qui potest administrare.

Resp. 2. vniuersim receptionem Sacramentorum esse prohibitam tempore interdicti, nullibi autem excipitur receptione huius Sacramenti.

Multò minus verisimile est id licere interdictis specialiter, quod asserit Henriquez supra, & tenet Nauar. cap. 27. nu. 179. communis sententia benedictio nuptiarum est omnino illicita tempore interdicti.

Non licet administrare extremamunctionem infirmis etiam generaliter interdictis, ut patet ex cap. si sententia, cit ex cap. quod in te, cit. nec etiam in loco interdicto cap. respons, & in hoc authores passim conueniunt. excipiuntur ijs, qui hac in parte habent priuilegium, quod tamen non competit clericis, vel religiosis secundum ius commune, non possunt etiam interdicti illud Sacramentum alij ministrare.

Non potest etiam administrari, vel recipi Ordinis Sacramentum, ut patet ex cap. respons, & si sententia, citatis. censem tam aliqui in magna necessitate, quando esset penuria ministrorum pro administrandis Sacramentis posse ordines conferri tempore

Bonif.
Suar.
Aquila.
25.
Pentio. t.
resp. affirm.
Non est
necessitatis
ordinatis
factum fa-
ciat.

Petes, an interdictus à sacro faciendo possit ordines conferre? posse conferre minores constat, eò quod non necessariò conferantur in sacro. Henriquez lib. 13, cap. 43, nu. 1. censet non posse conferre maiores qui extra Missam conferri non possunt, sed omnino verius est posse conferre alio celebrante, quia non est necessè, vt ordinans sacram faciat.

Petes 2. an specialiter interdictus non valens administrare Sacra menta, possit alijs dare licentiam ea ministrandi?

Resp. posse, eò quod per interdictum non prohibeantur actus iurisdictionis, qui non requirunt intrinsecè Ordinem.

Secundus effectus interdicti est quod per illud prohibeantur diuina officia, vt patet ex quam plurimis cap. & specialiter cap. responso, & cap. si sententia, aliquoties cit. & cap. Episcoporum, de priuilegijs, in 6. ex quibus patet, quemadmodum & ex cap. alma mater, in huiusmodi prohibitionibus diuina officia distingui à Sacramenta, & eorum administratione.

Per diuina officia videntur intelligi officia quædam per Ecclesiam ordinata ad usum ordinum, Sacramentorum, sacramentalia, & horæ canonicae. Vnde in interdicto prohibetur celebratio Missæ etiam siccæ, solemnis cantus vesperarum, matutini, & aliarum horarum canonicularum, vigiliarum defunctorum, litaniarum cum solemnitate Ecclesiastica, processiones publicæ, consecratio calicis, ornamentiorum Ecclesiasticorum, templorum, altarium, collatio primæ tonsure, consecratio Abbatis, Abbatissæ, Virginum, benedictio solemnis Episcopi, Abbatis, Toleminis benedictio nuptiarum, & similia, que communè Doctorum sententiæ censentur officia diuina, quæque fiunt à ministris Ecclesie, non tanquam priuatiss, sed vt eiusdem ministris. quæ proportione sunt intelligenda prohibiri per unumquodque interdictum. v.g. per interdictum locale hæc prohibentur fieri vel audiiri in loco interdicto, per interdictum personale prohibentur fieri vel audiiri à personis interdictis. excipio horas canonicas, quas tenentur legere interdicti, si aliunde obligentur.

Aduerte christiana tempore interdicti posse conserari, vt patet ex cap. quoniā in baptismo, de sententiæ excommunicationis, in 6. posse etiam confectari fontem baptismalem. si enim licet tempore interdicti conferre baptismum, & quidem cum omni sua solemnitate, licet etiam prærequisita ex usu Ecclesie facere.

Licet etiam concionari, idque in loco interdicto, vt patet cap. responsō, citato, quia concio non est diuinum officium, vt vulgo accipitur, sed tendit ad populi instructionem, licet in concione recitare salutationem angelicam, licet similiter vnicuique interdicto, vel in loco interdicto, v.g. in Ecclesiâ interdictâ priuatim orare: licet interdicto itinera- rium, salutationem Angelicam certis horis ad pulsum campanæ recitare, item mensæ benedicere, & similia, quæ censentur à singulis priuatim fieri, vel non tanquam à ministro Ecclesie.

Circa celebrationem Missæ Notandum olim permisum fuisse propter viaticum fidelium, vt semel in hebdomadâ Missa celebraretur non pulsatis campanis, voce submissâ, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, vt patet cap. per-

mittimus, de sententiæ excommunicationis. Bonifacius vero Octauus cap. alma mater, concessit vt Missæ singulis diebus celebrarentur sicut prius, seruatis conditionibus capituli, permitimus. circa quā Bonifacij constitutionem

Notandum 1. per illam videri concedi, vt plures Missæ eodem die celebrarentur, cùm dicatur: Adiuvimus præterea, quod singulis diebus in Ecclesijs, & monasterijs Missæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia sicut prius; prius autem plures Missæ dici poterant. similiter videri permitti, vt Missæ celebrentur non solum in Ecclesijs & monasterijs strictè sumptis, sed etiam in oratorijs diuino cultui deputatis, quæ in materia favorabili possunt sub Ecclesijs comprehendendi.

Confir. quia intentio Pontificis videtur fuisse permettere, vt sacrificium offeratur in locis aptis, quamvis solum expresserit Ecclesijs, & monasteria, eò quod in illis sacrificium frequentius offerri consueverit. Hoc priuilegium conceditur clericis, sub quibus comprehenduntur hic religiosi, & moniales, & primâ tonsurâ initiati (saltem non conjugati) gerentes vestem clericalem, & alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi seruientes, vel in viâ ad maiores ordines studijs operam dantes.

Notandum 2. illam particularē seu restrictionem, non pulsatis campanis, intelligi respectu Missæ & aliorum diuinorum officiorum. vt enim paulò ante indicauimus, non prohibentur pulsari campanæ pro salutatione Angelica, pro concione, pro defendo viatico, vbi mos id alias permittit, vel cùm aliquis est mortuus, vt pro eius animâ oretur, non prohibetur etiam aliud signum quo clerici euocantur ad diuina officia. Per restrictionem, submissa voce, prohibetur cantus, vel tanta vocis elatio, vt laici ex viciniâ possint diuina officia audire. Per particularē, excommunicatis ac interdictis exclusis, videri possit concedi, vt alii laici admittantur, sed constat non possit admitti, nisi quoad hoc peculiare habeant priuilegium, quod sentit glossa verbo, interdictis, idque ex consuetudine hanc concessionem ita interpretantur, cui consuetudini multum fauet Clem. 3. de sententiæ excommunicationis, vbi videtur supponi tempore interdicti non posse laicum absque peculiari priuilegio dñinis interesse.

Notandum 3. facerdotem, cui conceditur tempore interdicti Missam celebrare, posse deficiente clerico accipere ministrum laicum, quia concessio principali censetur concedi accessoriū, & præferim quando alias principale non potest iuxta morem Ecclesie obiri. imo si Prelatus non solet celebrare sine duobus ministris, potest eos adhibere etiam tempore interdicti, imo verius est id posse simplicem facerdotem, cùm olim solerent adhiberi duo ministri in Missæ sacrificio, quod licet consuetudo sit moderata, non tamen fustulit facultatem eos adhibendi iuxta præscriptum antiquorum canonum. Similiter vir nobilis &c. habens priuilegium audiendi diuinum tempore interdicti, potest ijs interesse cum solito famulorum comitatu, vt patet cap. licet, de priuilegijs, in 6.

Peti obiter potest, an habent tale priuilegium teneat sacram andire die præcepto? negat Aula parte 5. disp. 4. sect. 2. dub. 6. alios citans, sed verius est teneri, vt ostendimus dub. 4. post tractatum de sacrificio, & tenet Sotus dist. 13. q. 2. art. 1. §. unus autem scrupulus, & distinctione 22. q. 3. art. 1. §. addit. Nauar. cap. 21. num. 3. Toletus lib. 6. Nau. Toledo. cap. 9. nu. 1. Sa verbo Missæ auditio num. 4. Azor. 1. cap. 2. q. 3. parte mōrialium institutionum libr. 7. cap. 2. q. 3.

Cap. per-
mittimus.

30.

31.

Olim sole-
bant adhi-
beri duo
ministri in
sacrificio
Missæ.

Cap. licet
32.
Azor.
Resp. Au-
tor affir-
mat Sot.

Suarez

Suar.
Coroll.

33.

34.

Nauar.
Cous.
Henriq.
Suar.
Auila.

Suarez tomo 3, in 3, partem disp. 83, sect. 6, §. follet autem hic, assertens contrariam opinionem non esse practice probabilem. iuxta hanc sententiam clericus etiam primæ tonsuræ tenet diebus praecipitis sacram audire, quando locus subiacet interdicto saltem generali, quia etiam habens primam tonsuram gaudet privilegio cap. almanaster, ut supera diximus. iuxta eandem omnes, exceptis excommunicatis, tenetur sacram audire in festiuitatibus, de quibus iam dicemus.

Notandum 4, cap. almanaster, citato concedi, vt in festis Nativitatis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. Virginis diuina officia sine predicitis restrictionibus celebrarentur exclusis excommunicatis, sed admissis interdictis (etiam nominatim denunciatis, ut patet ex ratione Pontificis) & alijs laicis, dummodo ij, qui derunt causam interdicto, altari nullatenus appropinquent. quæ ultima particula potest intelligi de oblatione, & communione, quod scilicet tales non possint sumere Eucharistiam, vel sub sacram dona offerre.

Aduerte hæc festa accipienda à primis vesperris, iuxta morem quo Ecclesia solet festiuitates inchoare. addit festum Paschatis sumi posse saltem à Gloriæ in excelsum faci diei Sabbathi, quia Ecclesia censetur tunc inchoare festum resurrectionis: non tamen comprehenduntur octauæ, sed quoad suspensionem interdicti censentur finiri saltem finito completorio. Martinus 5. & Eugenius 4. his festis addiderunt festum Corporis Christi cum octaua.

Hæc tenus dicta circa explicationem cap. almanaster, communiter censentur solum habere locum in interdicto locali generali, non autem in locali particulari, vel etiam in personali, ita ut concessio nillius capituli non licet singulis diebus celebrare sacram in Ecclesiæ specialiter interdictâ, etiam seruatis restrictionibus dicti cap. nec licet publicè in festiuitatibus recensit, item non possint obiri alia diuina officia in Ecclesiæ specialiter interdictâ. præterea interdicti etiam generaliter non possint ea prestat, vel audiare in Ecclesijs non interdictis, videri potest Nauar. cap. 27. num. 173. Couarr. in dictum cap. parte 2. §. 4. num. 1. Henriquez libr. 13. cap. 44. nu. 6. Suarez disp. 34. sect. 1. nu. 5. in fine, & sect. 2. num. 1. Auila parte 5. disp. 4. sect. 2. dub. 3. qui plures citat, quæ sententia non iudico in præcecessore, quia dispositio capituli potest ita recipi propter Doctorum authoritatem: si tamen ea dispositio secundum se spectetur, illa sententia videret habere aliquam difficultatem: quia concessio, quam priori parte cap. facit Pontifex, intelligitur vbi ciuitas, vel locus alius, seu uniuersitas interdicti sunt, quæ particulâ, locus alius, potest intelligi interdictum particularē seu loci particularis, & de tali interdicto intelligit Suarez disp. 33. sect. 1. nu. 14. qui censem vi illius concessionis sanos posse confiteri in loco specialiter interdicto; idem fentit Nauar. cap. cit. nu. 178. & Auila disp. 4. dub. 8. versus fineu. atqui altera concessio comodè potest intelligi conformiter ad præcedentia nisi sit peculiaris exceptio, ut patet ex serie textus, vbi dicitur: Adiçimus præterea quod singulis diebus in Ecclesijs, & monasterijs Missæ celebrantur, & alia dicuntur diuina officia sicut prius. quo §. videtur decerni id licere non solum, quando ciuitas Ecclesiastico subiectur interdicto, sed etiam, cùm alius locus, scilicet particularis, secundum explicationem Suarez disp. 33. cit. ergo videtur conformatius textui quod per illud cap. privilegium con-

cedatur etiam in interdicto locali particulari, seu vt illa possint obiri in loco specialiter interdicto.

Dixi, nisi sit peculiaris exceptio, quamvis enim ex hac ratioincatione videretur confici licere generaliter interdictis interesse diuinæ etiam in loco specialiter interdicto, cùm ijs licet confiteri iuxta supradicta, & contineri possint sub illa particulari, universitas, certum tamen est non posse: cùm exceptio eorum fiat exceptio extra sententiæ quantum meminit capitulum.

Dicendum etiam, ne quidem generaliter interdictos posse obire diuinæ, siue in loco interdicto, siue in non interdicto, quia ratione interdicti id illis vetatur, & nullo loco id eis permititur, cùm cap. alma mater, non agat de interdictis celebrantibus natus, sed de celebrantibus in loco interdicto, vel coram interdictis.

Quantum ad alia diuina officia v. g. horas canonicas, & alia, proportione seruanda sunt ea, que de sacrificio diximus, ut scilicet recitent ianuis clausis, submissâ voce, ita ut exterius auditio non possint à laicis, non pulsatim campanis, & exclusis laicis. vnde pater benedictionem nuptiale dari non posse, cùm necessè sit ad illam laicos admittere, possint vero clerici etiam plures illa diuina officia recitare, in festiuitatibus privilegiatis, de quibus supra dictum est, possunt celebrari cum omni solemnitate, admissis etiam interdictis, ut supra. vnde potest dati solemniter benedictio Epiphanialis, litanias cantari, nuptia benedici, nisi alia intercedat prohibito.

Aduerte præterea licere clericis binis etiam in agro, vel domo legere horas canonicas submissâ voce, modo non ita legantur ex proposito, ut laici audire possint, ratio est, quod licet talibus locis legere extra interdictum, & proinde videretur etiam id licere tempore interdicti, cùm concessio facta clericis videatur intelligenda etiam quod locum, quo unumquodque officium ex usu legi potest tenet Nau. c. 27. nu. 175. Sa verbo interdictum, nu. 16. addo cum Nauarro non esse opus iamnuam templi claudere, si quis in templo submissè legat, vel duoc legant in recessu. videri etiam potest Henriquez lib. 13. cap. 44. nu. 3.

Tertius effectus interdicti est, quod sepultura Ecclesiastica prohibetur, cap. quod in te, vbi sermo factus est de interdicto generali locali; cap. Epiphanius, de rebus priuilegiis in 6. vbi in dicto n. 6. est sermo de personis interdictis etiam generali interdicto, & cap. 8. sententia de sententiâ excommunicationis, in 6.

Aduerte tamen concedi clericis, qui generale interdictum loci seruauerint, ut possint in cemeterio sepeliri sine pulsu camparum, cœllantibus solemnitatibus, cum silentio, ut patet cap. quod in te, cit. tamen post cap. almanaster, possunt pro ijs diuinæ officia fieri in Ecclesiæ cum moderationibus ibi positibus: non tamen possunt preces Ecclesiæ publicè per viam recitari, quia conditions seruari non possent: si quis sepeliretur in festiuitatibus priuilegiatis, possit officium defunctorum & alia solemnizare & publicè illis diebus fieri. Per clericos in hac constitutione favorabili non solum intelliguntur, habentes primam tonsuram, sed etiam religiosi, & moniales, seu quævis persona Ecclesiastica.

Petes 1. an possint sepeliri in Ecclesiæ? Ref. posse, cùm ex consuetudine sepultura fiant in Ecclesiæ. Ref.

Petes 2. an sepeliri possint in loco specialiter interdicto? affirmit Auila 5. parte disp. 4. sect. 2. dub. 2. verius tamen videtur quod non, quia concessio formam fit in interdicto generali, ut patet ex cap. quod

in te, citato, non est tamen improbatum, quod si omnia loca sacra essent interdicta, Clerici possent sepeliri in aliquo illorum.

Petes 3. an possint sepeliri in loco sacro clerici generaliter interdicti?

Resp. videri posse, quia capitulo quod in te, loquitur indistincte de interdicto generali, nec ex circumstantijs apparet restringi ad interdictum generale locale, inquit ex antecedentibus colligi potest intelligi etiam de generali personali, quia licet administrare Sacramentum penitentia, & praebere viaticum etiam generaliter interdictis, vnde si seruauerint interdictum, videntur posse gaudere privilegio sepulturae concessio cap. cit.

Petes 4. an iij, quibus conceditur interesse dñnis officijs, possint in loco sacro sepeliri, affirmant Nauarr. cap. 27. n. 181, Henr. lib. 13. cap. 44. n. 5. Sa verbo interdictum n. vlt. sed probabilis est non posse, quia, ut patet ex cap. Episcoporum, de priuilegijs, in 6. & ex cap. sententijs, de sententijs excommunicationis, in 6. priuatio sepultura Ecclesiastice est effectus interdicti diffinitus a priuatione diuinorum officiorum, nec ceterum illi necessarij conexus, & proinde sepultura non solu ratione diuini officij prohibetur, sed etiam ratione sui; vnde ex concessione vnius non aptè infertur cœcessio alterius.

Aduerte 1. si interdictus fuerit sepultus in loco sacro, vel alius in loco interdicto, ita vt interdictum fuerit violatum, non propterea corpus exhumandum esse; cum id nullo iure statuatur, qui alibi sunt sepulti sublato interdicto sunt transferendi in locum sacrum, videri possunt Henrquez supra, Nauarr. num. 176. Sa num. penultimo & alijs.

Aduerte 2. infantes, & amentes non posse sepeliri in loco sacro interdicto, vel dum est interdictum persone generale, quia interdictum potest in ijs locum habere quantum ad illum effectum, qui circa corpus inanime versatur.

Hos effectus habet interdictum absolute, & simpliciter latum, prater quod seruntur alia secundum quid, in quibus diligenter perpendendum, quid prohibeat, in iure aliquando ponitur interdictum ab ingressu Ecclesie, ut pater cap. 1. de sententiis excommunicationis, in 6. & alibi, in eo non prohibetur simpliciter ingressus in Ecclesiam, sed solum prohibetur in ea diuinis se ingenerare celebratio, vel illa audiendo, item sepeliri in Ecclesie, vel cemeterio Ecclesiastico, cap. 1. de sententiis excommunicationis, in 6. si videlicet ita interdictus moratur impenitentia, vnde Episcopus interdictus ab ingressu Ecclesie, non potest in Ecclesie sacram facere, non potest Christi benedicere, calices, vel virginis, diuino officio assistere &c. non potest etiam in eadem Sacra mensa ministrare, non potest durate tali interdicto sepeliri in cemeterio etiam non contiguo Ecclesie, nisi protinus obierit, quia prohibetur sepultura in tali loco secundum se, non vero propter eius contigitatem cum Ecclesie, eadem sunt proportione alijs applicanda.

Potest tamen primatum orare in Ecclesie extra diuina officia, vel etiam dum ea celebrantur potest obiter in transitu parum orare, modò non censetur ei interest; potest extra Ecclesiam Sacramenta recidere, potest extra eam sacram facere si habeat alias priuilegii celebrandi in alijs locis, potest extra eam calices consecrare, primam tonsuram conferre, &c. hoc interdictum vocatur interdum suspensio, ut patet ex cap. cit. cum tamē differat à suspensione, quae est censura, quod ea non prohibeat auditionem diuinorum vel Ecclesiasticam sepul-

ituram. Interdictum non habet alios effectus, vnde interdictus potest exercere actus jurisdictionis, qui non inuoluunt ordinem, potest excommunicare, absoluere ab excommunicatione, eligere, committere alteri jurisdictionem, & similia.

D V R I V M IV.

Qua ratione seruandum sit interdictum?

QUAMVIS per constitutionem ad cuiusdam, de quā actum q. 2. dub. 16. nullus fator præstetur interdictis, atque adeò interdicti sue generali, siue speciali interdicto, illud seruare debeant, nihilominus tamen alij non tenentur seruare interdictum, nisi sit a iudice specialiter, & expresse in certum locum vel terram denunciatum &c. quod si denunciatum fuerit, omnino est seruandum.

Vnde sequitur 1. quod licet Ecclesia, Regnum vel Prouincia sint supposita interdicto, quamdiu tamen illud non est solemniter promulgatum, & clerici possint ibidem diuina celebrare, & laici possint eadem audire.

Sequitur 2. quod licet posito interdicto locali generali, vel particulari, is qui dedit causam interdicto, sit specialiter interdictus, si tamen alij poterat diuinis interesse, possint etiam ei præsente diuina officia celebrari quandiu non est nominatum denunciatus, v. g. si sit clericus qui in interdicto generali loci potest diuinis interesse; quia alij non tenentur eum expellere propter illius interdictum, quandoquidem possunt cum eo communicare non obstante interdicto, non tenentur etiam eum expellere ad seruandum interdictum locale, quia non tenentur talem interdictum expellere antequam denuncietur.

Sequitur 3. quod denunciatum teneantur excludere, cum enim non detur illis priuilegium per agendi diuina in loco interdicto, nisi exclusis interdictis, sequitur quod agant contra interdictum locale admittendo nominatum interdictum, etiam alias valentes diuinis interesse in loco interdicto.

Sequitur 4. quod nullus alios non priuilegiatos possint admittere, quia cum iure antiquo ne quidem clerici possent diuina celebrare in loco interdicto, cap. aliam mater, non relaxatur ille rigor antiquorum canonum nisi sub certis conditionibus, ita vt si eas non seruent, vix faciant contra interdictum, inter haec autem conditiones est, vt excludantur non habentes priuilegium. vnde fit, vt si talis velit interesse diuinis in loco nominatum generaliter interdicto (extra festivitates, quibus conceditur interesse p. cap. aliam mater) nec possit per clericos expelli, omnia sunt relinquenda, nec possit pergi in diuinis officiis, quod etiam locum habet in iis, quibus datur facultas, vt quosdam admittant ad diuinam officia tempore interdicti, nam si excedant quod personas, vel modum, & conditionem personarum, faciunt contra interdictum. vnaquaque ergo communitas diligenter debet sua priuilegia hac in parte considerare.

Aduerte etiam eum, qui fert interdictum, debere illud seruare, vt communiter Doctores, nisi suspendat, vel relaxet, pro quo

Notandum quod licet excommunicatio non possit suspensi ab inferioribus Pontifice, ex communione Doctorum sententijs & ipsa praxi interdictum suspensi possit tum quoad omnes effectus, tum quoad aliquem, & quidem interdictum latum ab homine, potest ab eodem suspensi de lato à iure infra dicetur.

DVBI V M V.

De peccato, quod committitur contraveniente interdicto, & de pæna, quæ propterea incurritur.

Vnde saltem quoad latum ab homine, prædictè loquendo, non videtur mihi peccare contra interdictum is, qui tulit, vel cuius hac in parte superior; quia si quid faciat in loco à se, vel ab inferiori interdicto, sciens interdictum, implicitè cœletur saltem quoad talē actionē suspendere interdictum, cùm unusquisque censeatur saltem implicitè tollere impedimentum, quod nouit, & potest, & debet tollere, ut sine peccato operetur. vnde si Episcopus, qui Eccleiam interdixit, dicat se in eadem ordinis collaturū, alij possunt sine scrupulo ibidem ordinis recipere, cùm possint supponere eum suspendere interdictum quoad illum actum.

Ex dictis sequitur 5. quod nullus teneatur vitare interdictum, quādīlī non est nominatim denunciatus, atque adē possit aliquis audire eius sacru, & adesse alijs diuinis officijs, quæ celebant, dummodo non censeatur cooperari actione, quæ ratione interdicti illi est prohibita. nam, per se loquendo, non licet eius sacro infernare, licet tamen celebrare coram tali interdicto.

De nominatim interdicto possit esse difficultas, in quā

Conclus. 1.

Conclus. 2.

Prob.

Conclus. 3.

Difficultas.

Resolutio negativa.

*Auila.
Suar.*

Dico 1. laicos posse cum tali interesse diuinis, quia censura interdicti personalis nullo modo altringit alios salte laicos, qui non tenentur omittere officium, quod alij possunt exercere, eo quod adit aliquis, cui prohibitum est interesse.

Dico 2. idem videtur omnino verius de clericis, quod scilicet non teneantur cessare ab officio celebando in loco non interdicto, eo quod adit aliquis nominatim interdictus.

Probatur, per interdictum personale solum prohibetur aliquid personæ interdictæ, non vero alij, nisi in quantum censetur ei cooperari in actione prohibita, atqui in nostro casu non omittendo diuinum, vel non excludendo interdictum non possunt dici ei cooperari in tali actione, videri potest Suar. disp. 34. sect. 2. nu. 6. & sequentibus: quāis iudicet talē expellendum, si absque scandalo commodè possit.

Dico 3. nominatim denunciatus interdictus interdicto personali particulari non potest in loco sacro sepeliri, patet, quia per interdictum prohibetur sepultura Ecclesiastica, quæ prohibitio non potest respicere corpus exanime, sed solum viuos, ne scilicet hoc obsequium praestent interdicto mortuo, ergo alij non possunt eum sepelire.

De interdicto personali generali etiam denunciatio est difficultas, nam per illud non denuntiantur nominatim singuli interdicti, vnde interdictū non violatur eos sepeliendo, quandoquidem non teneantur eos vitare. & ita sentit Suarez disp. 35. sect. 3. nu. 2. & sequentibus, sed videtur omnino probabilius, quod talis non possit sepeliri, quamdiu manet pars communis, quæ nominatim est interdicta, quia ex constitutione ad eundam, videtur constare quod interdictum nominatim, & expressè denunciatum in Uniuersitatē ab aliis sit seruandum eomodo, quo ab ijs seruari potest, non minus quam interdictum personale particularē; non potest autem aliter seruari, quam singulis denegando sepulturam, cùm hic effectus sit per alios mandamus executioni, nec refert quod non sint singuli nominati denunciati, quia nihilominus ipsum eorum interdictum est nominatim denunciatum eo modo, quo denuntiari debet interdictum generale personale. & ita tenet Auila parte 5. disp. 5. dub. 1. & videtur indicare ipse Suarez disp. 37. sect. 2. nu. 3.

Dico 1. clerici violando interdictum, per se loquendo, peccant mortaliter, patet ex graviate materia: nam censetur grave administrare, vel recipere Sacramētū, item diuinum officium celebrare, mandare sepulturā, vnde qui in loco interdicto (scilicet post denuntiationem censura) administrat Sacramētū, quod per ius non potest, mortaliter peccat: peccat etiam si ministri existens interdictus salte specialiter, etiam quoad ea Sacramenta, que tempore interdicti possunt ministrari, quantumvis censura non sit denuntiata, quia per constitutionem ad eundam, nullus futuor ipsiis interdictis prestatur.

Adverte tamen, si ab aliis requirantur, possent ministrare, ut in simili diximus q. 2. dub. 9. & 11. vnde interdictus rogatus potest confessiones extipere, præbere Eucharistiam, extremamunctionem ministrare &c. imò potest etiam denunciatus huc ministrare in casu necessitatis, v.g. in periculo mortis, alio deficiente, qui id possit prestare.

Peccat 3. ministrans Sacramēta interdictis salte ratione cooperationis, preterea celebrans diuinum in loco nominatim interdicto, non seruans moderationem cap. *alma mater*, peccat mortaliter, vt si celebret apertis ianuis &c. quia spectato scopo Eccl. fix id est graue. Confir. Clem. 1. de lentiā excommunicationis excōmunicantur ipso facto exempti non seruantes interdictum, locale generale secundum moderationem cap. *alma mater*.

Ex quo potest colligi sub nomine clericorum comprehendendi religiosos, & moniales ad diuinum officium deputatos, qui etiam tenentur seruare moderationem cap. *alma mater*, tempore interdicti localis generalis, quod etiam patet ex ijs iuribus. Porro illud interdictum tenentur seruare religiosi etiam exempti, quād scierint Ecclesiam Cathedram, vel matricē loci illud obseruare, vt Clem. cit. videri potest Trid. sess. 25. cap. 12. de regularibus, quod etiam intelligitur de interdictis politi a locorū Ordinariis, vt patet ex locis citatis. Vt rām teneantur cessare, si adit aliquis personaliter interdictus, qui monitus & adhibitā vi moderata nolit discedere, patet ex dubio superiori.

Dico 2. peccant etiam mortaliter laici, si contra interdictum Sacramēta recipient, v.g. si in loco interdicto nominatim, vel cum ipsi finē interdicti personaliter generaliter, vel specialiter, quia materia etiam respectu illorum est graue, peccant etiam mortaliter, si personaliter interdicti audiunt diuinā officia, vel ea participant, v.g. recipient fōlemnem benedictionem nupiarum, ratio est quod etiam haec materia sit graue.

Difficultas est, quando locus est interdictus vtrūm laici non interdicti peccent ibi audiētes diuinā, varij censem non peccare mortaliter. Sicut dist. 22. q. 3. art. 1. conclusio 6. Navar. cap. 27. Navar. num. 187. Henriquez lib. 13. cap. 46. num. 3. Auila Renn. 5. parte disp. 5. dub. 2. quia iura suum præceptum dirigunt ad clericos, quibus præcipiunt, vt laicos excludant, vt patet ex cap. *alma mater*, & alij, fūribus, atque adē si clerici id negligant, laici remanentes non videntur grauer peccare.

Sed

Sed contrarium videtur verius, quia per interdictum prohibetur laicis audire diuinam in loco interdicto, & iudicem ante cap. *alma mater*, presentes diuinis officijs censabantur interdictum violare, ut potest aperte colligi ex cap. *si sententia de sententiâ excommunicationis*, in 6. ergo etiam post illud cap. cum respectu illorum quoad diuinam officia nullus favor concedatur, exceptis festiuitatibus priuilegiatis, & ita tenuit Suarez disp. 34. sect. 5. nu. 9. nec refert quod clericis precipiat, ut laicos expellat, quia non ideo precipitur, quod alij ex se non tenentur abesse, sed quod ipsi clericis non aliter concedatur favor celebrandi diuinam, quam absentibus laicis non habentibus alias priuilegia, vt possint interesse diuinis in loco interdicto, vbi

Adverte 1. ad hoc non sufficere priuilegium terminis generalibus concessum, sed requiri priuilegium quoad hoc specialiter datum, id est ut tempore interdicti possint diuinis interesse &c. quod tamen priuilegium nunquam censeretur prodelleis, qui dederunt causam interdicto, qui eo ipso semper censerunt specialiter personaliter interdicti.

Adverte 2. quod præter peccatum graue quod committunt qui moniti non volunt discedere, excommunicati & interdicti qui moniti præsumunt remanere, incurvant excommunicationem Papæ reservatam, vt patet Clem. 2. de sententiâ excommunicationis, quam sententiam etiam incurvant dominii temporales in loco interdicto commitentes excellus dicta Clem. expressos.

Dico 3. monachi, & moniales præsumentes diuinam officia celebrare in locis interdictis posse, quam propterea fuerunt excommunicati, sunt detrudendi in alijs forâ monasteria ad penitentiam agendam, vt patet ex cap. *postulatis* §. *que finis*, de clero excommunicato &c. ministrâ, quod post cap. *alma mater*, intelligitur, si non seruent moderamen illius capituli, clericis secularibus in eâ circumstantiâ beneficiis sunt spoliandi, non tamen sunt eo ipso spoliati, nec sunt suspensi à iurisdictione, quamvis varij, quos citat & sequitur Aula parte 5. disp. 5. dub. 4. concl. 2. id sentiant.

Nec obstat quod cap. 1. *de excessibus Prelatorum*, sententia cuiusdam Episcopi decernantur irrite, & inane, quia non decernuntur tales propter simplicem violationem interdicti, sed propter gravissimos, eosq; plurimos excessus contra interdictum commissos, vt patet ex tenui, præterea prouisiones beneficiorum (quibus innocios spoliauerat) quantum eo cap. fit mentio, omnino erant irritae, cum predictus Episcopus priuasset beneficiis possesso-tes cum apertissima iniunctiâ.

Dico 4. clerci violantes interdictum in diuinis carere debet Ecclesiastica sepulturâ, nisi penitentia, cap. 1. *de sententiâ excommunicationis*, in 6. vbi licet videatur agi de peculiari interdicto ingressu Ecclesie, pena tamè formaliter imponitur propter violationem interdicti in diuinis, atque adeò ea imponitur omni violanti interdictum, etiam religioso.

Dico 5. qui scienter celebatur in loco interdicto, non potest eligere, vel eligi, actusq; sunt irriti, cap. 1. *de sententiâ excommunicationis*, in 6. §. 15. vero. immo simpliciter violans postulari non potest ad prælaturam, cap. 1. de postulatione prælatorum.

Dico 6. seculares, vel regulares quantumcum sunt exempti præsumentes celebrare, vel facere celebrari diuinam in loco interdicto, interdictur ab ingressu Ecclesie, donec satisficerint de huiusmodi transgressione ad arbitrium eius, cuius sententiam con-

tempserunt, cap. *Episcoporum de primis legiis*, in 6. n. 11. *Cap. Episco-porum*. id facient modo à iure conceffo, hæc pena solùm videtur incurri, quando interdictum locale est generale, vt sumi potest ex motu Pontificis, & locum incurrit ab eis, qui celebrant, vel faciunt celebrari diuinam, non autem ab eis, qui solùm assistunt non aliter concurrentes. Idem interdictum incurvant, qui præsumunt admittere excommunicatos, vel interdictos (scilicet nominatim post extrauagantem *ad cuiusdam*) ad Sacramentum, diuinam officia, vel Ecclesiastica sepulturam, cap. cit. quod intelligitur quamvis locus non esset interdictus.

Dico 7. qui scienter præsumunt sepelire in loco interdicto, vel nominatim excommunicatum, vel interdictum, ipso iure incurrit excommunicationem, à quâ nequeunt absolvi, nisi prius satisfactiōinem exhibuerint ad arbitrium diccesani Episcopi, quibus per præmissa iniuria est interrogata, patet Clem. 1. de sepulturis, prædictam vero excommunicationem incurvant etiam exempti tam seculares, quam regulares, patet Clem. cit. etiam moniales, quæ incurvant etiam interdictum in casu præcedentis coniunctionis.

Adverte vt incurritur hæc pena propter sepulturam interdicti, quando locus nō est interdictus, requiri vt sit nominatim interdictus, nō vero sufficiere generale interdictum esse denuntiatum. quia textus dicit, *nominatim interdictos*.

D U B I U M VI.

Quis possit interdictum relaxare?

SVPPONO, quando fetur interdictum generale populi, eum qui definit esse pars talis populi, liberari interdicto sine nouâ relaxatione, quia non aliter nec vterius interdictu bim astrinxit, quam tanquam partem corporis politici per se primò interdicti; igitur, dum definit esse de illo corpore, non astrinxitur interdicto.

Suppono 2. interdum ferri posse vel absolute, vel ad certum tempus, his politis.

Si feratur ad certum tempus, non potest ante tempus elapsum ab alio tolli, quam ab eo, qui tulit: elapsi vero tempore statim definit sine nouâ relaxatione, quia id in sententiâ inuoluitur.

Advertetamen verisimile esse Episcopum posse absoluere ab interdicto etiam ad tempus positio, quando illud est occultum; per concessionem factam à Conc. Trident. 2. 4. cap. 6. de reformatione.

Si latum sit absolute ab homine per sententiam particulariem, non potest relaxari ab alio, quam ab eo, qui tulit, vel cius superiore, iuxta dicta q. 1. dub. 13.

Si feratur à iure, & non sit referuatum, tam locale, quam personale tolli potest ab Episcopo ut sentit Suarez disp. 3. sect. 2. nu. 5. ex cap. *nuper*, de sententiâ excommunicationis, quod etiam probabile est de interdicto personali particulari. idem nu. 9. censeret etiam Parochum posse absoluere ab interdicto particulari personali non referuato, ex eodem cap. *nuper*, propter rationem decisionis illius cap. que etiam locum habet respectu talis interdicti. Adde interdictum occultum, etiam quando censura est referuata, posse tolli ab Episcopo iuxta Trident. paulò antè citatum.

Interdictum nō solùm omnino tolli potest per absolutionem, vel relaxationem, sed etiam potest suspendi, idq; vel quoad omnes effectus, vel quoad aliquos, vt cap. *alma mater*, in quibusdam festiuita-

*Cap. alma
mater.*

tibus suspenditur. quando interdictum suspenditur, possunt exerceri ea quæ permittuntur iuxta modum suspensionis. vt verò patet ex dictis. Episcopus non solum potest suspendere interdictum à se positum, sed etiam à iure.

Dubitatur verò num interdictum possit suspendi post appellationem interpositam. aliqui negant, sed alij probabilis affirmant, quod potest probari ex cap. dilectis, de appellationibus, vbi agitur de interdicto post appellationem suspenso ab eo qui tulerat, & Pontifex decernit huiusmodi suspensionem ita fuisse validam, vtis, qui tulerat interdictum non potuerit illud in pristinum revocare stante appellatione, & ita sentit glossa in caput citatum, verbo, *exequendan.*

Notandum absolutionem ad cautelam non habere locum in interdicto generali locali, vt patet cap. presenti, de sententiâ excommunicationis, in 6. potest tamen dari in interdicto particulari locali, & in personali, quia id nullo iure prohibetur, & ex rei naturâ non est illicitum.

D V B I V M VII.

De varijs interdictis, quæ in iure inueniuntur.

PRIMÒ, qui in ferendâ sententiâ excommunicationis, suspensionis, vel interdicti temerariè violat prescriptum capituli 1. de sententiâ excommunicationis, in 6. interdicuntur per mensum ab ingressu Ecclesia, & diuinis officijs. ita cap. citato, vbi obiter.

Notandum, ut hæc censura incurritur, requiri, vt temerariè violetur prescriptum, & non sufficere neglegunt illius decreti ex ignorantia culpabili, etiam supinâ, 2. per posteriore partem, & diuinis officijs, prohiberi etiam extra templo illa peragere, alioquin ea pars nihil noui continetur. 3. hoc interdictum non incurrit ab Episcopis iuxta cap. quia periculorum, eodem titulo.

Secundò, qui presumunt aliquem excommunicare absque competenti monitione, interdicuntur per mensum ab ingressu Ecclesia, cap. sacro, de sententiâ excommunicationis, non comprehenduntur Episcopus.

Tertiò, Episcopi, eorumque superiores presumentes usurpare aut in suis vñis conuertere bona vacanta dignitatem, aut beneficiorum ad suam collationem, ordinationem, presentationem, vel custodiam pertinentium, interdicuntur ab ingressu Ecclesia, donec restitutionem fecerint, cap. presenti, de maiestate, & obedientiâ, in 6. In Extrau. autem vnicā, ne sede vacante, int̄ communis, non solum presumētes, sed simpliciter recipientes, interdicti sunt ab ingressu Ecclesia, & suspensi à Pontificib⁹, nisi intra mensum restituerint.

Quarto, tam seculares, quam regulares quantumvis exempti, presumentes celebriare, vel facere celebrari diuina in locis interdictis, interdicuntur ab ingressu Ecclesia, donec satisficerint ei, cuius sententiam contemplerunt, cap. Episcoporum, de priuilegijs, in 6. quo cap. idem interdictum incurrit, qui presumunt admittere ad diuinâ officia, vel ad Sacramenta, vel Ecclesiasticam sepulturam excommunicatos, vel interdictos, de quibus vide dicta dub. 5.

Quinto, Episcopi, eorumque superiores presumentes aliquid recipere in visitationibus contra constitutionem cap. Romana, de censibus, in 6. in-

terdicuntur ab ingressu Ecclesia, nisi intra mensum restituerint eidem Ecclesia, duplum eius, quod receperunt, cap. exigit, eodem titulo. videntur etiam potest Extra uagans vnicā de censibus inter communis, vbi sit extensis ad familiare visitationis, & in quibusdam discrepat à cap. cit.

Sexto Vniuersitates, vel Collegia concedentes habitationem in terris suis, publicis usuratijs alienigenis, ipso facto interdicuntur, cap. 1. de vñis, in 6. similiter si intra tres menses ex suis terris expellant, eodem cap. interdicuntur terra eorum, qui per mensum suscitent excommunicationem, suspensionem, interdictum ibi latum: interdicuntur in quam quādiū usuratijs in iisdem commorantur.

Septimò Vniuersitates concedentes, vel extentes repræsalias contraria clericos & eorum bona, nisi intra mensum eas reuocauerint, interdicuntur cap. vñico de iniuriis, in 6.

Octauò Episcopus, vel Abbas alienans res Ecclesiæ contra prescriptum Extrau. ambitus, & de rebus Ecclesiæ non alienandis, inter communis, ipso facto interdicuntur.

Nonò, qui conferunt, vel recipiunt beneficia eorum, qui pro suis negotiis proficiuntur ad Romanam Curiam, vel in eâ exercent aliqua officia, interdicuntur extrau. 3. de priuilegijs, inter communis.

Decimò, qui Episcopatum, vel Abbatiam, vel inferioriē dignitatē suscipiunt de manu laicis, interdicuntur ab ingressu Ecclesia, donec deferant, similierte & lege priuilegiantes conferre, canon. quis deinceps, 16. q. 7.

Vndeclimò Capitulum, Vniuersitas, Collegium recipientia bona dignitatē, aut beneficiorum, interdicuntur, nisi intra mensum restituerint extrau. vnicā, ne sede vacante.

Duodecimò Capitulum sede vacante dans infra annum licentiam suscipiendi ordines aut litteras dimissorias non coarctato occasione beneficii recipiendi, aut recepti, interdicuntur per Trid. eff. 7. cap. 10. de reformatione.

Decimotertio Vniuersitates, Collegia, Capitula appellantia ab ordinationibus, mandatis, sententiis Romani Pöficiis ad futurum Concilium, interdicuntur in bulla Cœsa.

Hæc pñne sunt interdicta personalia, quæ apud Suarez videri possunt fuisse explicata dñp. 37. scđt. 1. qui etiam ponit localia tum generalia, tum specialia, sed quorum notitia non sit magnopere necessaria, quia post Concil. Constantie neminem astringit, antequam denunciantur.

D V B I V M VIII.

De cessatione à diuinis.

QVIA cessatio à diuinis est affinis interdicto locali, paucula hic de ea sunt subiecta.

Est verò cessatio à diuinis *juxta Nanar. cap. 27. nro. 188.* desistentia quādam à diuinis officijs, & ab administratione Sacramentorum.

Portò, vt patet ex dictis quæst. 1. dub. 3. differt ab interdicto, quod interdictum sit censura, cessatio non item.

2. Quod interdictum possit esse tam locale, quam personale, cessatio verò solum afficit loca immediatè, personas autem non nisi ratione loci.

3. Quod interdictum imponatur etiam à iure, cessatio verò non nisi ab homine.

4. Inter-

4. Interdictum est poena, cessatio vero non imponitur per modum poenæ, sed per modum defensionis contra iniuriam, quæ infertur Ecclesiæ, ut inferens haec ratione deficit ab illâ inferendâ, ut patet ex cap. *quamvis*, de officio iudicis ordinarij, in 6. & Clem. 1. de sententiâ excommunicatiois, ex quo cap. *quamvis*, id etiam potest confirmari, eò quod Capitula tam regularia, quam secularia possint indicere cessationem à diuinis contra suum Episcopum, quem tamen punire non possunt.

68. Hęc cessatione potest imponi ab Episcopo ut supponit Clem. citata, immo etiam ab inferioribus Prælatis, ut ex eadem Clem. sumi potest, 3. potest imponi à Concilio Proutineali, ut Clem. cit. 4. potest imponi à Capitulo, Collegijs, vel Conuentibus Ecclesiæ regulariæ, vel seculariæ, quibus id competit ex privilegio, vel consuetudine, ut Clem. cit. cap. *quamvis*, cit. & cap. *si canonici*, eodem titulo in 6. ex quibus patet id non competere ex iure communii omni Capitulo ad propulsandas illatas sibi iniurias.

Ex dieti satis constat ad inducendam hanc cessationem à diuinis grauissimam causam requiri, & eò grauiorem, quod ea generalius indicatur, quia indicitur in signum grauissimi doloris propter iniuriam illatam Ecclesiæ, vnde non sufficit iniuria illata particulari personæ, nisi ea redundet in gravem iniuriam Ecclesiæ, aut cultus diuini.

Confir. teste Nauar. suprà num. 189. interdum imponitur cessatione à diuinis post excommunicationem & interdictum, quæ tamen causam non vulgarem requirunt. idem potest confirmari ex cap. *si canonici*, & *quamvis*, citatis, ex eo quod cessationem à diuinis grauissima incommoda comittentur.

Supposita potestate, & causâ indicandi cessationem, quędam conditions in iure requiruntur, ut ea ponatur. 1. est ut constet de iustitia causa, & ut pars moneatur, ut deficiat iniuria afficeret, vel ut satisfaciat. Quod si Capitulu regulare, aut secularie indicat cessationem 2. conditio requiritur, ut evocentur omnes qui habent suffragium, nemine excepto, etiam absentes, ut fieri solet in electionibus, 3. ut de causâ cessandi maturè tractetur, & deliberetur de ceſſatione. 4. ut maior pars Capituli consentiat, 5. ut publico instrumento munito sigillo exprimatur causa cessationis. 6. ut illud instrumentum tradatur ei, contra quęce ceſſatur. 7. ut vtraque pars intra mensum iter ad sedem Apostolicam arripiat per se, vel per procuratores, patent cap. *si canonici*, & cap. *quamvis*, citatis, quod si pars, qua cefſat, hęc non feruet, ceſſatio est nulla, sed eā non obstante potest in Ecclesia celebrari sicut prius, cap. *quamvis*, cit. similiter si indicatur ceſſatio sine causâ sufficiente Canonici &c. indicentes priuantur fructibus, quos deberent percipere tempore ceſſationis, & insuper tenentur satisfacere parti laesa de damnis. si vero iusta existente causâ posita fuerit ceſſatio, pars debet satisfacere pro damnis acceptis, eò quod consueta officia perfici non potuerint, cap. *si canonici*, cit.

Potes 1. an sit relaxanda ceſſatio, si post mensem pars sit parata satisfacere pro iniuria?

Resp. affirmatiue, ita Sotus dist. 22. q. 3. art. 2. post medium, & plures alij.

Potes 2. an dicta sint feruanda ab Episcopo in dicente ceſſationem à diuinis? aliqui videntur indicare requiri, sed

Resp. negatiue, cum capitula citata solū magat resp. neg. de Capitulis volētibus ceſſare. Episcopus ergo folium tenetur seruare quod iure natura est necessarium, ut licet procedat, vnde sequitur, quod Capitulum sede vacante indicens ceſſationem non te- necatur huiusmodi conditions adhibere, cum id non faciat ex consuetudine, vel priuilegio, sed ut succedens in potestate Episcopi.

Per ceſſationem prohibentur publica officia diuina, item administratio Sacramentorum in loco, in quo ceſſatio est indicta, vnde vi ceſſationis non licet in tali loco sacram facere, Eucharistiam ministrare, ordines conferre, non licet officium canonicum publicè cantare, Abbates, virgines &c. benedicere, & alia, quæ diximus tempore interdicti non licere, quæque sub diuinis officijs competendi solet, circa qua.

Petitur 1. an eo tempore licet aliqua Sacra- menta ministrare: communissime traditur licet ministrare primò baptismum parvulorum, & pa- nitentiam morientium, ex cap. *non est vobis*, de sponsalibus, verum cap. *commodè* potest expli- cari de interdicto, non de ceſſatione: sententia ta- men ipsa cum propter Doctorum autoritatem, tum propter summam horum Sacramentorum necessitatem, cum quia capitulum non omnino improbabiliter potest intelligi de ceſſatione, omni- nino est admittenda. adde panitentiam posse ad- ministrari extra Ecclesiæ, & proinde potest ceſſatione pro Ecclesijs, non prohiberi absolutè ad- ministracionem huius Sacramenti, immo neque aliorum, que & quatenus possunt extra Ecclesiæ ministrari, quod si ceſſatio generaliter indicatur, non licet ordinare, extremani vñctionem conferre &c. 2. communiter traditur posse conferri Sacra- mentum Confirmationis, ex cap. *responso*, de sen- tentiâ excommunicationis, verum cum illud cap. agat de interdicto, ex eo intentum nō sufficienter ostenditur. tertio licere conferre Eucharistiam morientibus iuxta cap. *quod in te*, de panitentijis, & remissionibus, quod etiam non videtur esse ad rem, quia similiter agit de interdicto, nolim tamen à communi sententiâ recedere, præsertim cum iuxta illam lex possit moderationem recipere, iux- ta quam sententiam etiam licet adultis baptismum conferre, & quidem cum omni sua solemnitate, quemadmodum & Confirmatione potest cum solemnitate conferri, pro quā licet christina con- ficerre in die Cène iuxta cap. *quamvis*, de sententiâ excommunicationis, in 6. licet semel in hebdo- madâ sacram facere pro viatico morientium iux- ta cap. *permittimus*, de sententiâ excommunicationis, seruatis moderationibus ibi prescriptis, cen- tem etiam aliqui Sacramentum panitentiae posse ministrari sanis, quod vt sit probabile propter Doctorum autoritatem; non vñctur tamen sa- tis iure fundatum.

Petitur 2. an tempore ceſſationis clerici pos- sunt bini, & bini, vel simul tres horas canonicas in Ecclesijs conuentualibus legere sine cantu, & cum alijs moderationibus cap. *quod in te*? asse- runt varijs, quod tamen nec in iure, nec in ratio- ne habet fundamentum, quia ceſſatio, & interdi- cillum distinguitur, & proinde ea qua tempore interdicti conceduntur, minus probabiliter cen- sentur concessa tempore ceſſationis à diuinis. si eius fiat mentio, præsertim cum ceſſatio sit ali- quid grauius, & interdum ponatur post inter- dictum.

Ex his facilè colligitur moderationem cap. *alma*

mater, non habere locum in cessatione à diuinis, & priuilegia quibusdam concessa tempore interdicti non extendi ad cessationem à diuinis.

Aduerte tempore cessationis non solum cleros prohiberi diuina celebrare, sed alios etiam prohiberi ea audire. vnde licet contingat aliquem clericum transgredi cessationem celebrando, non idcirco potest laicus eius sacrum audire.

Tempore cessationis licet priuatim in templo orare: licet etiam clericis horas canonicas priuatim recitare, etiam cum socio.

Petitur 3. an tempore cessationis à diuinis possit aliquis sepeliri in loco sacro absque diuino officio? negant varijs, sed nisi obstat consuetudo probabiliter est licere. cùm talis effectus nullo iure colligatur, & ita tenent varij. videri potest Suarez disp. 39. sect. 2. nū. 31. & sequentibus.

Aduerte non esse generaliter statutam penam violanti cessationem à diuinis, sed solum religiosis, siue exempti sint, siue non, qui Clem. r. de sententiâ excommunicationis ipso facto excommunicantur, si non seruent cessationem generalem indicatam etiam ab Ordinarijs, vel Concilijs Provincialibus, vel Capitulis, si sciverint Cathedram, vel matrem Ecclesiam illam seruare, sub religiosis comprehendunt etiam moniales.

Cessatio non solum tolli potest ab eo qui indicit, vel eius superiore, sed potest etiam suspendi ad aliquod tēpus vel omnino, vel ad certos actus, quia id neque ex rei naturâ, neque ex iuri dispositione repugnat.

QVÆSTIO V.

De irregularitate.

DUBIUM I.

Quid sit irregularitas?



I. E'st. esse impedimentum canonicum primariò, & directè impediens susceptionem ordinum (sub quibus in presenti comprehēditur etiam prima tonsura) & consequenter usum receptorum. Dico, **impedimentum**, quamvis enim irregularitas interdum imponatur in peccata, in genere tamen loquendo non est peccatum, inquit etiam eo casu, quo imponitur per modum peccata, potissimum in eā spētatur ratio inhabilitatis cuiusdam moralis quantum ab Ecclesia ponit potest, ex quo patet irregularitatem non esse censuram, cùm censura ex suo genere sit peccatum. omitto alias differentias, quae ex dictis faciliter possunt colligi. patet etiam discrimen irregularitatis à depositione, & degradacione, quod haec sunt peccata, quae supponunt susceptionem ordinum, quos non necessitatis supponit irregularitas. Dixi, **primariò, & directè impediens susceptionem ordinum**, scilicet, per se loquendo; nam interdum per accidens non possunt hunc effectum sortiri, quando nimis subiectum ordines suscepit.

Ex his faciliter patet fäminas non posse incurrire irregularitatem, cùm non sint capaces ordinis, patet etiam eandem non incurri à non baptizato, cùm nullus ante baptismum sit etiam capax ordinis, & proinde non possit Ecclesia huiusmodi impedimentum in eo inducere.

2.
Coroll.

Irregularitas interdum imponitur peccatum.

Portò ex eo quod irregularitas consequenter impedit usum ordinum, patet irregularitatem, per se loquendo, peccare exercendo ea, que requirunt usum ordinis, seu que fieri non possunt nisi ab ordinato. alia vero potest obire quantum est ex parte irregularitatis; vnde quia usum communis officia minorum ordinum possunt etiam à laicis cum omni solemnitate exerceri, clericis minorum ordinum irregularis non peccat, per se loquendo, illa obeundu; nec etiam peccat exercendo actum iurisdictionis, qui non est actus ordinis, v.g. excommunicando, absoluendo ab excommunicatione sine ceremonia propriâ sacerdotij, leges ferendo &c.

Dices iurisdictione Ecclesiastica necessariò supponit primam tonsuram.

Resp. non propterea eius actum esse intrinsecum ordinis, & proinde irregularitas illum non impedit.

DUBIUM II.

Quæ sint causæ irregularitatis?

Dico 1. causa efficiens est solum ius Ecclesiasticum. In hac conclusione volumus 1. quod nulla irregularitas iure diuino incurrit, quod communius tradunt Doctores contra aliquos, quorum sententia est plane improbabilis, volumus 2. quod non inducatur per potestatem ciuilem, cùm sit impedimentum ad aliquod munus Ecclesiasticum acquirendum, vel obeundum; excedit autem limites potestatis ciuilis tale impedimentum inducere. volumus 3. quod ita inducatur à iure, vt non possit induci per sententiam ab homine, si quando pro aliquo facto &c. non est inducita, patet ex cap. 3. qui de sententia excommunicationis, in 6.

Vnde iudex non potest aliquem decernere irregulariter propter peccatum quantumvis enormi, cui iure non sit annexa irregularitas. in modo nec videtur fieri posse per statutum, vel legem Episcopi, vel Concilii Provincialis, quia cùm in iure canonico fit mentio iuris, nisi aliud ex adiunctis colligatur, videtur intelligi de iure emanante à Pontifice vel Conciliis generalibus, non vero de iure particulari. quando ergo cap. cit. statuitur non incurri irregularitatem, quando iure non exprimitur, omnino videtur intelligi de iure Pontificio, vt distinguatur à constitutionibus inferioribus Prælatorum.

Aduerte quod cùm requiratur, vt in iure exprimatur irregularitatem incurri propter aliquod factum, vel certam conditionem, irregularitas non incurrit propter aliquam paritatem rationis inter factum, cui annexitur irregularitas, & aliud, cui non annexitur. quod est diligenter notandum pro varijs casibus, in quibus Doctores sensent aliquem fieri irregulariter, de quibus tandem nihil in iure decernitur, & proinde iuxta cap. cit. omnino sit dicendum non incurri, præterquam quod in odiosis non valeat argumentum à similis ab uno, de quo o aliquid statuitur, ad aliud, de quo nihil in iure est constitutum, cùm huiusmodi odia sint restrainingenda.

Ex his etiam sequitur, quod si vero dubium est, num irregularitas iure sit imposta, in neutrō foro incurrit, cùm eo casu non possit censi iure expressa, & cùm nullus debet priuari facultate